



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. II. An Episcopus possit dispensare cum familiari suo triennali super
Interstitijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

num. 188. Hyeron. Rodriq. in Compend. qq. reg. refol. 106. nu. 7. & alij, quos refert, & sequitur Dian. p. 3. tr. 2. ref. 31. & 112. vbi etiam dicit, simile priuilegiū à Clemēte VIII. concessum fuisse Patribus Congregationis S. Ioannis Euangeliæ in Portugallia.

§. II.

An Episcopus possit dispensare cum familiari suo triennali per Interstitijs.

9 **N** Egat Ricc. in Prax. for. eccl. par. 1. ref. 276. & 218. Nau. conf. 12. & 13. de Tempor. ordin. Quarant. in ver. ordo vers. limita in eo Vulp. in Prax. Iudic. cap. 7. num. 18. vbi etiam dicunt, quod neque potest Episcopus illum habilitare ad minores ordines, si es-
set illegitimus: ratio est, quia po-
testas ordinandi familiarem suum
nō subditum est exorbitans à iure
communi, & ideo non debet
extendi cap. quæ à iure de reg. Iur.
in 6. Nau. conf. 12. de Temp. ordin.
& hac est communis opinio. Alij
tamen putant, posse Episcopum
in interstitijs dispensare dummodo
familiari suo beneficium statim
conferat iuxta Conc. Tridentinum
suff. 23. de ref. cap. 9. eo enim
ipso quod Concilium dat Episco-
pis facultatem in tali casu suis fa-
miliares ordinandi, consequen-
ter videtur illis concedere neces-
saria ad talem ordinationem fa-
ciendam, ut est dispensatio in in-
terstitijs, ita censuit Sac. Cong. te-
ste Ioan. de Cruc. in Direct. Conse.

par. 2. de Sacrament. ordin. dub. 43.
concl. 2. quem refert, & sequitur
Dian. par. 3. tr. 4. ref. 190. quod se-
cundum omnes haberet locum,
si Episcopus familiari suo prius
conferat beneficium, tunc enim
ratione beneficij collati fit illi
subditus, & ideo poterit Episco-
pus cum eo super interstitijs di-
spensare, ut decisum refert Barbos.
d. par. 4. all. 5. nu. 15 præsertim si
arctetur intra certum tempus ad
suscipiendos ordines propter be-
neficium acceptum.

§. III.

*An suscipientes ordines non seruatis temporum interstitijs aliquæ penam incur-
rant.*

10 **R** Espondent communiter Do-
ctores, quod licet in tali
casu ab Episcopo suspendi, & alij
poenitentiæ possint ob transgres-
sionem canonis, non tamen sunt
ipso iure suspensi, neque irregu-
lares; quia talis poena in iure ex-
pressa non reperitur Nau. conf. 4.
& 6. de Tempor. ordin. Pivis. loco
cit. num. 50. vers. n. nullum Dian. p. 3.
tr. 2. ref. 32. Barbos. d. all. 18. nu. 14.
Vulp. d. cap. 7. num. 17. Bonac. in de
Censur. in par. disp. 3. 1. num. 4 § 2.
num. 1. Ricc. in Prax. for. eccl. 7. 4.
ref. 217. vbi etiam dicunt, quod
neque Episcopus ullam poenam
incurrit, si ordinaret subditum
non seruatis interstitijs; peccaret
tamen mortaliter recipiens ordi-
nes in tali casu secundum Nauar.
d. conf. 4. Barbos. d. all. 18. nu. 14. Bo-
nacino.